

## Aduertencias para

dispensare Mendicantes confessarij. Licet enim possint commutare & dispensare in omnibus votis Episcopo reseruatis, hoc intelligitur de votis reseruatis Episcopo iure communi, & ordinario: non tamen de votis ipsi reseruatis iure speciali, in quibus videtur electa industria personæ, iuxta ea, quæ tradunt Abbas, & Felinus, & Alphonsus de Azeuedo. In his enim votis, ne iugum Christi & Ecclesiæ durum videatur, ex benignitate quadam sequentem Sacros Canones, hoc Episcopo Doctores concesserunt, de eorum prudentia & solertia confidentes. Et sic ad confessores [ de quorum solertia & iudicio non tantum confidunt ] noluerunt prædictam facultatem, & alias similes extendi.

- 13 ¶ Duodecima conclusio. Dicti confessores Ordinum Mendicantium possunt dispensare cum secularibus super quibuscunq; votis. Hoc enim concessit Sixtus. 4. & Iulius. 2. Fratribus Minimis, vt habetur in Mari-magno Prædicatorum Romæ impresso. Nam concessit Sixtus. 4. q̄ possint permutare & relaxare quæcunq; vota: ergo & dispensare. Probat, quia relaxare iuramentum, est tollere tam vinculum quàm materiam eius: et